# Edit
## Du Roy Charles Le Bel

Portant que Le change de Paris et de sa Banlieue ne pourra Estre fait ailleurs que sur Le grand Pont

Du mois D'aoust 1325

Carolus Dei Gratiâ Franciæ et Navarræ Rex, notum facimus universis tam præsentibus quam futuris quod nos ad juxtas inclitæ recordationis Carissimi Domini genitoris nostri ad ea quæ pro bono Communi, utilius expedire videntur, aciem considerationis nostræ dirigere et propter hoc eorum quæ facto Cambii Parisiensis ingruum Statum et usum in melius ordinare Studentes duximus ordinandum./

1. Quod Cambium Parisius erit et tenebitur Supra nostrum magnum Pontem Solummodo a parte graviæ inter Ecclesiam Sancti Leufredi

Tresor des Chartes Reg: cote 72. f. 434

et majorem archam, sine defectum
ipsius pontis prout hactenus ante
corruptionem pontis ejusdem quondam
Lapidei extitit conventum./

2. Item quod nulli omnino liceat
alibi quam in loco illo cambiare, seu
Cambium tenere Parisius aut infra
Banleucam, Et quod si Contra hujus=
=modi ordinationem nostram secus
fieri contingat et in posterum reperiri
pecunia, seu res illa qua alibi
quam in loco per nos ad hoc ordinato
Cambiata fuerit vel ad cambiandum
fuerit ordinata nobis cedet penitus
in Commissum./

3. Item Quod si per aliquem
habentem sedem, seu Locum in
Cambio prædicto commissum hujus=
modi nobis delatum fuerit, volumus
et ne frustra si in hoc Laborasse
doleat, Concedimus quod Cum
pecunia seu res illa pergentes

nostras, fuerit tanquam commissa judicata nobisque applicata, quatuor partibus illius nobis pro jure nostro retentis, ipse habeat quintam partem residuam sibi pro salario et labore suo per gentes eandem de speciali gratia liberandam quod ac firmum permaneat in futurum, salvo in omnibus jure nostro et quolibet alieno praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum actum apud Lacum Nigrum anno Domini 1324. mense augusti./